

etiam præmissa causæ cognitione, quando impedimentum est ipsi notum tanquam iudici. Sic Angelus, verb. dispensatio. nu. 12. Sed etiam retenta prima opinione exigenti eam causæ cognitionem præmitti, dicendum est, fati esse causam sibi tanquam homini notam esse. Quod bene docuit Syllu. verb. dispensatio. q. vltim. Atq; idem docuit Bald. l. Barbar. n. 8. ff. de officio prætoris dicens non esse opus in figura iudicij præmittere causæ cognitionem.

10 Hinc inferitur nõ desiderari citationem eorum quorum interest. Cũ cognitio iudiciali nõ exigatur. Sic cõtra aliquos, quos tacito nomine refert, tenet Innoc. cap. veniens, num. 2. de filiis presbyteri. & ibi Anton. nu. 7. Abb. nu. 7. Cardin. q. 3. Henric. nu. 4. Speculator. tit. de dispensatione. §. qualiter autẽ, nu. 3. Archid. c. licet canon. nu. 2. de elec. in. 6.

11 Aliquĩ tamen ex prædictis Authoribus dicitur exigi decretum inferioris dicentis, decernimus eum idoneũ. Quia aliter præsumeretur temerarium Episcopi factum, nec dispensatio tacita præsumeretur. Sic aliqui, quos referunt, & videtur approbare Innoc. & Archid. n. præcedenti allegati. Et tenent Speculator, & Henricus, quos nu. præcedenti retuli. Anton. Cuc. lib. 4. institut. maiorũ tit. 12. nu. 29. Sed iure optimo id non requiri docet, quod nullo iure probetur, Anton. Abb. Card. n. præcedenti allegati. Probis addit. ad Monachum. c. vnic. co. n. 6. de ætat. & qual. in. 6.

22 Tertiu est, aliquos iure optimo limitare, vt requiratur causæ cognitio ad præsumendam dispensationẽ, nisi causa dispensationis notoria sit, vt quia notũ est personam quæ admittitur, esse valde doctam: tunc enim cõfitebitur inferior dispensare, licet non præmiserit causæ cognitionẽ: etiam retetã prima sententia. Quia notoria nõ exigunt iuris ordinẽ, nec causæ examinationẽ. c. manifestata. 2. q. 1. Sic Glof. c. si quis sine examinatione, verb. sine examinatione. d. 8. 1. & c. fin. verb. qui cõcubinas. §. 1. d. Abb. c. præterea. num. 11. de testibus cogen. Immol. l. quidã consulebat. n. 8. ff. de re iudicata. A. na. c. 2. n. 8. de schif. Rose. verb. dispẽ. n. 6.

23 Vltimũ est, multos ex doctoribus quos n. 15. & 17. pro vtraq; sententia retuli, dicẽtes cõfiteri inferiorẽ dispensare admittẽdo in habilitẽ, siue præmiserit causæ cognitionẽ, siue nõ, iuxta opinionũ diuersitatẽ, ad dẽdere, si intẽdat dispensare. Quia in re magis nos ancipites reddunt. Cum enim ea præ-

lati intentio aliud non constet, quã ex eo factõ, semper hesitabimus, an dispensare intendere, nec ne. Præterea quia si de intentione cõstaret, frustra defragaretur authoritates disputates an ex eo factõ præsumatur dispensatio. Quare dũ dicunt, si intẽdat dispensare, manifestẽ intelligit, nisi de contraria intentione constet: nepe, in inferiorẽ non intẽdere dispensare. Quia eõ perinet tota huius quæstionis difficultas, an ex eo actu colligatur animõ dispensandi, atq; ad eõ dispensatio tacita censetur. Quare Bellemer. c. veniens. n. 11. & 19. de filiis presbyteri. & Rosell. verb. dispensatio. nu. 6. expressẽ docent ex eo actu sufficere colligi dispensandi intentionẽ, & id eõ pleriq; alij doctorẽs non addunt, si intẽdat dispensare.

Ad argumẽta. n. 15. proposita respondetur. Ad primũ dic saltẽ in foro cõscientiã validã esse dispensationẽ inferioris absque cognitione causæ, si reuera erat causa, vt dixi. n. 17. Ad secundũ dic eũ Glof. eod. c. fin. in fin. in eo textu, & in similibus puniri temerariam, ac indiscretam dispensationẽ solo factõ absq; causæ examinatione factã. Ad tertiu constat ex dictis. nu. 17. nam præsumitur tũc id peccatũ, vt maioris culpæ præsumptio vitetur. Ad argumẽtu. n. 16. propositũ dic iure cautum esse in abso- lutione ab excommunicatione verba desiderari. c. desideres, in primo responso, de sent. excom. At in dispensationibus nullo iure verba exigi cauetur.

25 Quæstio posterior. An sola patientia, & taciturnitas superioris videns aliquẽ, iure in quo potest dispensare, impeditũ, exercere ea sibi interdita, censetur dispensatio: quando superior impeditũ, & nõ esse in eo dispensatum nouit? vt si Pontifex vel Episcopus videat irregularem celebrare, vel habentes impedimentum cõtrahere matrimoniu: & potest Episcopus dispensare. Communis ferẽ omnũ iurisperitorum est sententia negã. Quia id est potius pati, quã agere. Potest insuper probari, quia lib. 2. de matr. disp. 38. nu. 12. latẽ defendimus dissimulationem Principis scietis, & permittentis aliquos perferuere in matrimonio irrito, nõ inducere dispensationẽ, & id eõ huius sententiẽ sunt Glossa clem. fin. verb. approbare, de sent. excom. & ibi Card. fin. Anchar. fin. Immo. n. 9. Bp nificius. n. 51. Innoc. c. veniens. n. 3. de fili. presf. & ibi Hof. n. 8. Anton. n. 7. Abb. n. 7. Card. q. 3. Henric. nu. 5. Bellemer. n. 19. Aman. c. 2. n. 6. fin. de schif. Immol. l. quidam

consulebat. n. 6. fin. ff. de re iudic. Felin. c. præterea. n. 8. de test. cogend. & c. gratum. n. 9. de offic. deleg. Socin. Senior conf. 85. n. 9. lib. 3. Selua tract. de benef. p. 3. q. 8. nu. 49. & q. 10. n. 21. Anton. Gabriel tomo. 3. communium, lib. 1. tit. de præsumptioni, concl. 8. n. 18. Menochius de præsump. lib. 2. præsump. 20. nu. 32. Maiolus lib. 3. de irregul. c. 51. n. 8. Sayro thesauro casuum, tom. 1. lib. 7. c. 14. n. 16.

26 Ceterũ probabilius existimo ceteri tũc tacitam dispensationẽ, si prælatus ille cõm- pisset tacitẽ contradicere, non contradicit, sed tacet. Ducor, quod illa taciturnitas sit ratio habet de presenti. Quã lib. 3. disp. 35. n. 20. veram iurisdictionẽ conferre ad audiendas cõfessiones, & reliqua exercenda probauimus. Secũdo, quia cum prælato ex officio incubat delictis subditorũ obuiare: cõcideret, ac facile cõtradicere potest, præsumeretur grauissimũ prælati delictũ non cõtradicens, nisi ipsum cõfiteri dispensare dicamus. Nec obstat quod probati lib. 2. de matr. disp. 38. nu. 12. nempe, dissimulationẽ Principis permittentis aliquos in matrimonio irrito permanere, nõ cõfiteri dispensationẽ. Quia (vt ibi dixi,) dissimulauit gratia scandali vitandi: nec

proderat dispensatio, nisi denuõ illi contraxissent matrimonium. Et id eõ ex illa dissimulatione non poterat dispensatio deduci. Et id eõ hanc partem sustinet Probis addit. ad Monachum cap. vnic. nu. 6. de ætat. & qual. in 6. Palu. 4. d. 38. quæst. 4. art. 4. concl. 2. num. 39. & ibi Supplementum Gabrielis quæst. 1. art. 5. dubio penultimo, vers. de modo, & forma. D. Anton. 2. p. tit. 1. c. 2. §. 9. notabili. 2. Veracruz. 1. p. Speculi, art. 23. post primam conclusionem, vers. dixi etiã. Emmanuel Sa summa, verb. votum, vbi de voti irritatione, & dispensatione, numer. 23. Azor lib. 5. institutionum moralium cap. 15. quæstion. finali. Sed supplementum ibi limitat, quando factum subditi esset contra ius ab eo superiorẽ editum: secus si esset contra votũ, vel ius commune, in quo is superior absq; causa dispensare nequit. At verius est, cõfiteri quoq; dispensationem in voto, vel alio iure quoque cõmuni, in quo is superior dispensare potest. Sicut. n. 17. diximus admissionem ad actum contra ius, in quo is superior valet dispensare, cõfiteri tacitam dispensationem. Et ita affirmant loquentes de votis Palud. D. Anton. Emmanuel Sa proximẽ allegati.

DISPUTATIO QUINTA.

An possit Episcopus dispensare in lege pontificia, vel concilij, saltem quando in ea dispensare posse conceditur, non explicando cui concedatur?

SUMMARIUM.

Nequit Episcopus iure ordinario in his dispensare, nisi in casu necessitatis. At potest quando in canone conceditur dispensatio, non explicando cui concedatur. n. 1. Quid, si canon ille sit late sententia? nu. 2. Quid, si ipse Episcopus legem imponat? nu. 3. Quid, si penam Pape reseruatam contineat? nu. 4. Quid, si canon sit aliquis concilij generalis? nu. 5. Quando canon editur à Pontifice, & concilio, & trahit originem à Papa, vel cõcilio: quando dicitur concilio: & quando Papæ? nu. 6. An desinat esse concilio, quod à Papa confirmatur? nu. 7. An sit concilio, si in eo dicitur, sacro approbato concilio: nu. 8.

Quid, si in superscriptione dicatur, ex tali concilio? vel in tali concilio n. 9.

Quid, si Pontifex attribuat constitutionẽ concilio? nu. 10.

Quid, si ita dicat. Desinimus hoc cum concilio, vel consensu concilij? nu. 11.

Conclusio communiter recepta in hac disputatione est. Quãuis in canone superioris nequeat Episcopus ordinariẽ dispensare, sed in solo necessitatis casu (vt probauit lib. 2. disp. 40. n. 3.) quoties canõ aliquis permittit in eo dispensari: vel impersonaliter de dispensatione loquitur dicẽs, nisi in eo dispẽtur: nec explicat à quo sit dispensandũ, censetur facultas dispensandi circa illã cõcessa Episcopo. Ratio est, quia cõtra verba debeãt

aliquid

aliquid operari. c. si Papa, de privilegiis. in. 6. nec dubium sit posse Pontificem in eo decreto dispensare: aut si ab ipso dispensetur, nullam contrahi culpam, aut penam à contrahentibus incurrere: censetur ea verba intelligi, ut permittant Episcopo dispensare, vel nisi ab Episcopo dispensetur, ne frustra sit. Secundo, quia si dispensatio, quæ ex se odiosa est, ac restringenda, interpretatur late, quando in corpore iuris clausa est. (Vt probavi disp. 1. n. 7.) Nondum id dicendum erit de hac dispensandi potestate in iuris corpore clausa. Cum dispensandi potestas sit ex se favorabilis, ac late interpretanda. (Vt diximus disp. 2. n. 1.) Atque ita hanc conclusionem docent Glossæ, cap. in quibusdam, sine, de penis, ubi eum textus dicit, certos hæredes non posse assequi prelationis honorem, & subdat hæc verba. *Nisi cum eis fuerit misericorditer dispensatum*, art. ex quo textus non determinat à quo, posse Episcopum. Idem Ioan. Andr. ubi, sine. Vincentius, Goffredus, & Philippus, quos refert, & sequitur ibi Abb. n. 5. Cardin. sine. Henricus sine. Lex regia. 8. sine, tit. 8. p. 1. Eadem Glossa. c. postulat, verb. dispensatum, de cleric. excom. minis. ubi textus decidit excommunicatos non posse retinere beneficia, subdens, *Nisi cum eis fuerit misericorditer dispensatum*, ait, cum non dicat à quo, posse Episcopum. Et idem tenent Innoc. ibi, initio, Abbas n. 8. Glossa. c. si quis, verb. fiat, de elect. & ibi Innoc. nu. vnico, Host. sine. Abbas n. 8. Cardin. q. 5. sine. Baldus nu. 3. Imola n. 4. Idem Innoc. c. dilectus. n. 5. initio, de tempor. ordin. & ibi Ioan. And. n. 7. Anton. n. 12. Abb. n. 6. Cardin. n. 3. initio. Bellemeria. nu. 4. Idem Anton. c. si clericus. §. de adulterijs. nu. 17. de iudic. & ibi Ioan. de Lignano, & Calder. vt eos refert, ac sequitur ibi Abb. n. 5. & 6. Cardin. n. 5. q. 2. Decius in noua editione. n. 35. vers. secundum conclusionem. Aretinus. n. 13. & 16. Imola n. 13. Alexand. de Neuo. n. 10. Felin. nu. 1. Henricus. n. 25. Alciatus. n. 4. Hyppolitus n. 46. Archid. clicet canon. n. 3. de elect. in. 6. Idem Abbas. c. veniens. nu. 3. de eo, qui cogn. confang. & c. finali. n. 6. de cleric. pugn. in duello. Et ibi Anan. n. 6. idè Bal. Barbarius. n. 7. ff. de offic. Præt. Probuss addit. ad Monachum. vnico. n. 14. de ætat. & qual. in. 6. Selua benef. 4. p. q. 5. Milis in repertorio, littera. D. num. 23. verb. dispensatio, vers. dispensare non potest Episcopus circa canones. Gambara de

de author. legati, lib. 10. n. 412. 413. Iacobarius de concilijs, lib. 5. ar. 20. n. 17. Angelus verb. dispensatio. n. 5. ubi Sylu. q. 9. sine. n. 15. Tabiena. q. 14. n. 15. Couar. c. alma mater. 1. p. §. 7. n. 8. Villadiego de irregul. c. 16. ubi de irregularitate contrafacta ex crimine notorio, vers. ego credo hoc reducendum. Dueñas regula. 248. num. 2. vers. contra quam. Antonius Cucus lib. 2. institutionum maiorum, tit. 6. n. 240. Hulgolius de censuris, tabula. 2. c. 13. §. 1. n. 3. Borgolius de irregul. 2. p. tit. de differentijs diuerforum terminorum. n. 19. & 27. Antonius Gomez in expositione bullæ, clausula. 10. n. 57. Et ex Theologis D. Anton. n. p. tit. 17. c. vnico. §. 20. vers. & nota. Corduba in suo questionario, lib. 1. q. 12. art. 2. dicto. 4. in. 1. probatione. Henriquez lib. 14. de irregul. c. 19. n. 2.

Temperatur tamen conclusio hæc primo, nisi canon illa sit lata sententiæ, tunc enim etsi in eo concedatur dispensatio, non intelligitur concessa Episcopo. Sic Anton. c. ar. si clericus. §. de adulterijs. n. 17. de iudic. & ibi Aretinus. n. 21. ac pro se referretur Archidiaconum. c. sicut. d. 15. Et merito hanc limitationem reiiciunt alij. Quod nullo fundamento fulciatur, nec Archid. eam sentit, sed loquitur, quando constitutio simpliciter disponit, nec dispensari posse indulget. Sic Abbas eo. §. de adulterijs in 6. Alex. de Neuo. n. 11. Decius in noua editione. n. 48. post. §. conclusionem, limitatione. 1.

Secundo temperatur, vt intelligatur, quando canon alstringit subditos: tunc enim censetur ea dispensatio commissa Episcopo. Secus quando ipsis Episcopis legem imponeret. Quia dispensare Episcopum in eo canone, esset in proprio facto, & ad propriam utilitatem dispensare. Quod rationi dissonat. Sic Hostiensis citato Ioan. And. c. 1. super gloss. penultima. nu. 3. de supp. neglig. prælat. in. 6. Anton. c. si clericus. §. de adulterijs. nu. 17. de iudic. & ibi Henricus. n. 19. & 20. Milis num. 2. allegatus.

Tertio limitatur, nisi canon imponat penam Pontifici reseruatum, id est, penam, quam solus Pontifex imponere potest. Tunc enim quauis absolute permittatur dispensatio in ea pena, non censetur Episcopo concessa. Quia illius est tantum absolueri, cuius est condemnare. l. 3. §. ff. de re iudic. & c. cum inferior, de maior. & obed. Exemplum huius est in c. 2.

de

de bigamis, ubi dicitur cum Episcopo promouenti ad ordines bigamum posse dispensari, ne ordinandi potestatem, & officio priuatur. Et tamè solus Pontifex in ea depositionis Episcopi pena dispensat. Quia solius Pontificis est, pena depositionis Episcopi indigere, quauis c. quauis. c. multi. c. dudum. 30. q. 6. & ita hanc limitationem sustinent Host. eo. c. 2. nu. 5. & 6. Ioan. And. numer. 4. Anton. numer. 12. 13. Abb. numer. 9. & 10. Cardin. notabil. 2. & oppositio. n. 4. Ancharan. sin. Henricus. cap. quia circe. numero. 2. de bigam. Aretin. cap. ac si clericus. §. de adulterijs, numer. 14. de iudic. & ibi Felin. numer. 2. Iacobadus de concilijs, lib. 5. artic. 20. numer. 30. Gambara de autoritate legati, lib. 10. numer. 415. Borgolius de irregul. part. 2. tit. de differentijs diuerforum terminorum. numer. 19. Sed hanc limitationem sublimitare videtur Decius eod. §. de adulterijs, in noua editione. n. 36. vers. sed aduertendum, quauis nil omnino desinat, & sublimitat Dueñas regula. 248. nu. 4. vers. restringe tamen, vt hæc limitatio teneat verum, quando aliquis nequit imponere penam ex defectu potestatis, sed si ex privilegio personæ. Quia tunc videtur posse Episcopum dispensare, concessa absolute dispensatione. Quia cessat ratio prædictæ limitationis: in eo enim euentu, qui non potest condemnare, potest absolueri, vt ibi late probat Decius. Et iuxta hanc sublimitationem cum Episcopus possit penam depositionis imponere alijs, quam Episcopo, cui non defectu potestatis, sed ob privilegium personæ id nequit dicendum est eod. ipso quod in canone prædicta pena imponenti Episcopo conceditur dispensatio, posse Episcopum dispensare. Sed melius Alciatus eo. §. de adulterijs. n. 4. & 5. recedit omnino à prædicta limitatione, dicens etiam in hoc casu, quo Episcopus penam nullatenus imponere valet, posse eum dispensare, si canon imponens dispensationem permittit. Quia militat ratio. n. 1. adducta, & alijs ea verba nil operantur. Nec obstat ratio in contrarium adducta. Nam licet regulariter non potens condemnare, nequeat absolueri: at fallit, quando in canone permittitur absolueri, vel dispensandi potestas. Et quauis hanc doctrinam Alciati credam veram: alia tamen ratione credo in eo casu. d. c. 2. de bigam. non posse Episcopum dispensare. Quod ibi lex ipsi Episcopo imponatur. In quo ca

su diximus, num. præcedenti non posse Episcopum dispensare, quauis absolute concedatur dispensatio.

Vltimo temperatur, vt intelligatur de canone pontificio. Nam si concilij generalis sit, quauis absolute permittat dispensationem, nequit Episcopus. Quia cum decreta concilij egeant expressa derogatione, vt illis derogatum censetur (vt probavi lib. 3. disp. 26. n. 7.) eod. quod tanta deliberatione facta sint, non est credendum conferri per ea verba generalia concessam Episcopo facultatem dispensandi. Eo vel maxime quod cesset ratio. n. 1. adducta: nunc negata hac facultate Episcopo, adhuc ea verba aliquid operantur: duos enim habebunt effectus. Prior est, vt ad ei concilij decreto derogandum, non desideretur specialis eius mentio. Posterior, Pontificem reddi faciliorem ad dispensandum in eo. Sic docent Anton. c. dilectus. n. 12. de tempor. ordin. & c. quisquis. nu. 13. de elect. & c. ar. si clericus. §. de adulterijs. n. 17. de iudic. ubi Decius in noua editione. n. 37. vers. 2. limitatur, vsq. ad. 2. conclusionem, & ibi Aretinus nu. 16. idem Anton. c. in quibusdam, sine, de penis. Milis ubi in nu. 1. allegatus est. Staphilaus de literis gratiæ, tit. de qualitate, & statu beneficiariorum. §. primo quod sit legitimus. nu. 4. At verius est, posse quoque tunc Episcopum in eo concilij decreto dispensare. Quod re vera canonicè clarè videatur concedere, dū in eo posse dispensare permittit. Alias non opus esset ea verba addere. Et absq. fundamento dicitur tunc operari, ne sit opus specifica mentione in illius decreti derogatione. Et ideo hanc partem videntur tenere doctores, quos. n. 1. retuli assentes in casu casu. quisquis, de elect. & c. in quibusdam, de penis, posse Episcopum dispensare. Quod in eis conceditur posse dispensari: ea enim decreta videtur concilij, & non solius Pontificis. Atque in proprijs terminis docet Abb. eo. c. quisquis. n. 7. & ibi Card. q. 5. fin. & d. c. in quibusdam, fin. Idem Abb. d. c. ar. si clericus. §. de adulterijs. n. 5. & 6. & ibi Alexand. de Neuo. n. 11. Felin. nu. 2. Alciatus fin. idem Felin. c. nonnulli. nu. 3. vers. similiter nec legatus, de rescript. Gambara de autoritate legati, lib. 10. n. 420. Iacobarius de concilijs, lib. 5. ar. 20. n. 30. Angel, verb. dispensatio. n. 5. & ibi Syl. q. 9. fin. Couar. c. alma mater. 1. p. §. 7. nu. 8. Antonius Cucus lib. 2. institutionum maiorum, tit. 6. n. 245. Dueñas regula. 248. n. 2. vers. contra quam.

Sed

6 Sed petes, quando dicatur constitutio Concilij, quando autem Pontificis, ubi ab utroque dimanat? Vt quando Pontifex intererat Concilio generali. Et quidē quādo aliunde non constat, hæ sunt regulæ accipiendæ. Prima est, si materia trahat originem à Concilio, dicitur constitutio Concilij; vt si Concilium rem illam definendā proponat. Si verò originem trahat à Pontifice, dicitur Pontificia. Vt si Pontifex fuit principale mouens, & auctor illius materie decernendæ, vult tamen in Concilio eam definiri. Cū enim constitutio ab utroque dimanet, ad discernendū vtri potius attribuat, iure optimo origo spectanda est. Sic Abb. c. consensus. n. 1. notabili. 2. de rebus Ecclē. non alien. & c. 1. n. 1. notabili vltimo, de pactis. & c. 1. n. 5. de sponsal. vbi Alex. de Neuo. n. 14. Præpos. n. 5. Felin. n. 4. sine. Ripa. c. 1. n. 7. de iudic. & ibi Alciatus. n. 1.

7 Hinc deducitur nil referre, ne dicatur constitutio Concilij, eam à Pontifice confirmari: si enim à Concilio originem trahat, dicitur adhuc constitutio Concilij. Quippe omnia Concilij decreta ab ipso Pontifice confirmantur, vt robur habeat. Sic Felin. c. 1. n. 5. de sponsal.

8 Secundo deducitur, quando constitutio originem trahit à Pontifice, eam esse Pontificiam, quāuis in ea dicatur eam esse editam, Sacro approbante Concilio. Quod ea verba non denotent eam principaliter à Concilio editam, vt sit Concilij, sed esse à Concilio approbatam. Sic Felinus nu. præcedenti allegatus. Decius. e. & si clerici. §. de adulterijs, in noua editione. n. 43. de iudic. & c. 1. in prima lectione. n. 3. eodē tit. vbi Ripa. nu. 7. reprobat Dominicum, qui conf. 44. n. 3. contrarium tenuit.

9 Secunda regula. Quando in decreti super-
 scriptione dicitur, Ex tali Concilio, si-
 gnum est, id à Concilio traxisse originē,
 ac proinde censerī Concilij. Quia dictio,
 Ex, causam proximam denotat. (Vt testatur
 Bart. communiter receptus. l. eo tēpo-
 re sine. ff. de peculio.) Sic tradunt Felinus
 c. 1. n. 5. de sponsal. Decius. c. 1. in. 1. le-
 ctura, in noua edit. n. de iudic. & ibi Alciat.
 n. 1. Ripa. n. 4. Qui bene addit secus esse,
 si dicatur, in tali Concilio editum. Si enim
 Pontifex interfuit, signum est, non à Con-
 cilio, sed à Pontifice originem tractam, &
 sic esse id Pontificium. Quāuis Bofchus
 eo. c. 1. n. 2. de iudic. conetur probare con-
 stitucionem esse Concilij, siue in super-

scriptione dicatur, Ex tali Concilio, siue,
 in tali Concilio. Et ad hoc probandū ad-
 ducit varios textus illius super-
 scriptionis. At illis omnibus responderi potest id eue-
 nire, quod aliunde confectæ et decretæ esse
 Concilij. At nostra regula intelligitur, quā-
 do ex alijs coniecturis vehementibus,
 vel aliunde id non constat.

10 Tertia regula sit. Quando Pontifex at-
 tribuit constitutionem ipsi Concilio: vt
 c. nimis, de iureiur. ibi. *Sacri auctoritate
 Concilij prohibemus.* & cap. finali. 2. q. 1. ubi.
Decernente nobiscum sancta Synodo, est con-
 stitutio Concilij. Quippe id signum est,
 velle Pontificem vt ea constitutio non tā-
 quā à se, sed tanquā à Concilio edita ac-
 cipiat. Sic Decius. d. c. 1. in noua editio-
 ne, in. 1. lectione. n. 7. de iudic. & ibi Alciat.
 tus. n. 1.

11 At difficultas specialis est, quando Pon-
 tificis sic diceret. Definimus hoc cō-
 silio Concilij, vel cum consensu Concilij.
 Quia in re quidam asserunt, in utroque ca-
 su eandem constitutionem esse Concilij.
 Quod videatur Pontifex eam illi tribuere.
 Sic Bofchus. cap. 1. num. 2. de iudic. Alij dē
 diametro aiunt esse in utroque casu Ponti-
 ficiam. Quod regulariter quoties aliquis
 facit actum, altero consentiente, nō huic,
 sed illi tribuatur. l. aliud est vendere, in
 principio. ff. de regul. iuris. Item quia c. 1.
 de renunciat. in. 6. dicitur Papam statuerē
 de concordia Concilij, & consensu Cardi-
 nalium. Et tamen constitutio est Pontifi-
 cia. Sic sustinent. d. c. 1. in. 1. lectione. nu. 4.
 & 5. & ibi Ripa. n. 5. & 6. Riminaldus. n. 2.
 & 3. At placet sententia media, vt sit Pon-
 tificia, quando dicitur de consilio Con-
 cilij: at secus quando dicitur de consensu
 Concilij. Quia consensus necessitate in-
 ducit, non verò consilium. Et ita quando
 dicitur, De consilio Concilij, non tribuit
 ea constitutio Concilio, nisi tanquā
 consulentī. At quando dicitur, De consen-
 su, tribuit illam Pontifex Concilio, ac eius
 auctoritati: quāuis consensus Concilij
 non esset necessarius, nec is cogat Ponti-
 ficem. Et ita iuxta regulam. n. præcedenti
 traditam dicitur constitutio Concilij. Sic
 loquentes de Archiepiscopo aliquid sta-
 tuenti in Concilio prouinciali tradit Hof-
 stien. c. graue. n. 17. de præb. Archid. c. 1. n.
 2. d. 17. & ibi Domin. ad finem. Ancharr.
 clem. 1. n. 5. notabili. 1. de sent. excommu-
 nic. Et in proprijs terminis docent Abbas in
 quodam sermone, quē habuit in Concilio

Basilienſi, in vltima parte: vt eum referūt,
 ac sequuntur Felin. c. 1. n. 1. de pactis. & c.
 eam t. c. n. 17. paulō ante vers. erat iste ele-
 ctus, de script. Alciatus. c. 1. n. 1. de iudi-
 cijs. Et ad argumenta contraria respondet
 optimē Alciatus eodem. c. 1. n. 1. Ad illud
 est viderē, respondet eum textum
 procedere, quoties is, qui cōsentit, nō ha-
 bet potestatem eum faciendi actum, nec
 qui facit, cōsentienti. Tunc enim tribui-
 tur actus facienti. Secus vbi agens, & con-

sentiens habet potestatem faciendi, vt cō-
 tingit in Pontifice statuti, & in Concilio cō-
 sentienti. Et per hoc responderi idē Alciat.
 ibidem ad textum in cap. 1. de renunciat.
 in. 6. Quoniam ibi ceteris Cardinalium cō-
 sensum præstans, nullatenus habet aliquid
 faciendi potestatem: quam ob rem me-
 ritō, ac iure optimo illa constitutio edita
 soli Romano Pontifici, qui statuen-
 di auctoritate gaudet,
 tribuitur.

DISPUTATIO SEXTA.

An Pontificis, & solius sit, dispensare in impedimentis, siue iure natu-
 rali diuino, siue solo Pontificio dirimentibus matrimonium.

SVMMARIVM.

1. *Quod sit quæstio dispensanda, nu. 1.*
an sit vera dispensatio in iure diuino, &
an naturalis pendens ab humana voluntate: vt
in votis. nu. 2.

2. *Quid, quando ius diuinum est ab solutum? Re-*
feratur duplex sententia. n. 2. q.

3. *Propositur sententia auctoris. nu. 5.*

4. *Quæ regula sit ad dignoscendum, in quo iure di-*
uino possit Pontifex dispensare. nu. 6.

5. *Soluuntur argumenta. n. 7.*

6. *An possit Pontifex dispensare in impedimentis*
iure diuino, & naturali dirimentibus? Refer-
atur duplex sententia. n. 8. & 9.

7. *Referatur sententia auctoris: & explicatur an*
possit declarare in aliquo casu licite cū his
impedimentis matrimonium. n. 10.

8. *An in impedimentis solo iure diuino inducis*
possit. nu. 11.

9. *Explicatur in speciali, in quibus impedimentis*
Pontifex dispenset. nu. 12.

10. *An sufficienter deducatur non posse Principem*
in aliquo casu dispensare: quod sit cōtra ius
naturæ. nu. 13.

11. *Post. n. 13. inueniuntur summaria, quæ d. s. s. d. r.*

12. *Explicatur in speciali, in quibus impedimentis*
Pontifex dispenset. nu. 12.

13. *An sufficienter deducatur non posse Principem*
in aliquo casu dispensare: quod sit cōtra ius
naturæ. nu. 13.

14. *Post. n. 13. inueniuntur summaria, quæ d. s. s. d. r.*

15. *Explicatur in speciali, in quibus impedimentis*
Pontifex dispenset. nu. 12.

16. *An sufficienter deducatur non posse Principem*
in aliquo casu dispensare: quod sit cōtra ius
naturæ. nu. 13.

17. *Post. n. 13. inueniuntur summaria, quæ d. s. s. d. r.*

18. *Explicatur in speciali, in quibus impedimentis*
Pontifex dispenset. nu. 12.

19. *An sufficienter deducatur non posse Principem*
in aliquo casu dispensare: quod sit cōtra ius
naturæ. nu. 13.

est, duplex esse ius diuinū naturale. Quod
 dam ab humana voluntate ortum: & ex
 eius suppositione obligans, vt votum, & iu-
 ramentum. Aliud verò est absolutum, &
 ex diuino arbitrio derivatū. Et sanē si de
 priori fermo sit, quāuis aliqui dicāt in co-
 non verè dispensari per prælatos, relaxan-
 do obligationē, casu quo verè obligabat:
 sed tantum declarari in eo casu ob circū-
 stantias occurrentes, id non obligare. In-
 ter quos est D. Bonau. 4. d. 38. artic. 2. q. 3.
 Glossa. c. non est verb. auctoritate, de vo-
 to, & ibi Ant. n. 3. Cardin. c. cum ad mona-
 sterium, no. vltim. de statu monach. & alij
 quos refert Henriquez lib. 8. de Euchar.
 c. 13. n. 2. in commento, litera. R. At meri-
 to eos improbat iij Henriquez alios refe-
 rens, dicens esse veram, & propriā dispen-
 sationem, relaxariq; votum, casu quo verè
 obligabat. Quod idem asserunt. D. Tho. 4.
 d. 38. q. 1. ar. 4. quæstion. eu. 1. corpore: &
 ibi Ricard. ar. 9. q. 1. corpore, & ad. 1. Hof-
 d. c. non est nu. 1. & ibi Abb. n. 5. & serē vni-
 uersi. Quod tunc non absoluit, & propriè
 relaxatur ius diuinum naturale, tollendo
 eius obligationem. Ius enim diuinum est,
 vt qui votum habet, id impleat: & hoc sem-
 per manet integrum. At hunc habere vo-
 tum, non est ius diuinum, sed voluntate
 propria effectum: quam possunt prælati
 impedire. Quare tunc non propriè dispen-
 sant prælati in iure diuino, sed tollūt obli-
 gationis fundamentū, quā homo actu hu-
 mano sibi imposuit, quò sublato evanescit
 iuris diuini circa illud votū obligatio (vt
 relato. D. Thom. explicuit lib. 2. disp. 14. n.
 5. ad 4.) & communiter tradunt alij.

3 Tota autem difficultas est, de iure diuino absoluto. Triplex est sententia. Prima ait Pontifici integrum esse dispensare in omni iure diuino, præter fidei articulos. Sic Abb. c. proposuit, num. 20. de concess. præb. Decius consil. 112. n. 3. fin. volum. 1. & c. quæ in Ecclesiis, in noua edit. nu. 44. & 45. de constit. Rojas epitome successuum. c. 23. nu. 71. Sed hæc sententia tanquam omnino à veritate aliena, est rejicienda.

4 Secunda sententia sustinet non posse Pontificem in hoc iure diuino proprie dispensare, vt dispensatio est iuris relaxatio: sed tantum posse autoritative declarare id ius in tali casu non obligare. Dicitur primo, quod inferior nequeat legem superioris tollere, elem. ne romani, de elect. & c. inferior. d. 21. Et confirmatur, quia quantum per eam speciale dispensationem nõ abrogetur lex absolutè, at in eo casu speciali abrogatur tollendo eius obligationem, casu quo inclusa dispensatione obligabat. At hoc est solius conditoris legis, aut eo superioris. Secundo, id constat ex Sozimo, & Urbano Pontificibus, quorum dicta referuntur. c. sunt quidam, & c. contra statuta. 25. q. 1. Tertio, quia sacra scriptura, & perpetua Ecclesie vsus docent legem naturalem, & diuinam, potius esse humanis magistratibus propositam, tanquam certam, ac immotam regulam, qua gubernetur, quã vt possint eam relaxare, eximèdo aliquos ab eius obligatione. Aliàs nullæ essent in Ecclesia regulæ immotæ, ex quibus auctoritas humana tanquam ex principijs procedat. Et confirmatur, quia semel hac in iure diuino dispensatione admissa, nil erit firmum, ac immutabile. Nec erit maior ratio, cur possit dispensare in vno, & non in alio iuris diuini præcepto, concurrentibus paribus causis. Tandem quia idèd in lege humana dispensari potest, vt manibus eisdem conditionibus, quibus stantibus obligabat, definit obligare: quod voluntas humana à qua confurgit, sit mutabilis. Cũ ergo diuina voluntas à qua lex naturalis proficiscitur, sit prorsus immutabilis, minimè in illam cadet dispensatio. Et idèd huius sententiæ sunt. D. Tho. quod lib. 4. art. 3. corp. & ad. 1. Durand. 4. d. 33. q. 1. num. 15. Maioris. 4. d. 27. q. 6. col. 4. versic. propter hoc argumentum, & d. 24. q. 12. statim in principio. Almain de potestate Ecclesie. c. 13. Driedo lib. 2. de libertate Christiana. c. 4. pag. 4. Catharinus lib. 6. in Caietanũ, in

quæ illa an Pontifex possit dispensare in voto solemnium religionum. Sozus. 4. d. 18. q. 1. art. 5. ad 1. & lib. 1. de iust. q. 7. ar. 3. ad 3. & lib. 10. q. 3. ar. 4. col. 8. versic. in calce demsi. Palacios. 4. d. 38. disput. 2. col. 46. versic. porro quantum, fol. 884. & d. 11. disp. 3. col. 21. versic. porro autem hanc rem. Suarez de euchar. q. 74. art. 2. disput. 43. de sitione. 4. versic. tertia sententia: & versic. quinto potest hoc. Valentia. 1. 2. disp. 7. q. 4. puncto. 6. versic. & quod ad priorem, & q. 8. puncto. 4. versic. dispensatio autem, & ad finem illius puncti, & 2. 2. disp. 10. q. 3. puncto. 5. col. 4. versic. quarto certum est: & versic. etiam in proposito, & in fine illius puncti. Et ex iuris peritis, Cardinalis. c. cum ad monasterium. §. vlt. nu. 6. de stat. Monach. Parisius consil. 68. n. 200. & 264. vol. 4. Sylu. verb. Papa. q. 16. & 17. Ioannes Baptista de pensionibus. q. 19. nu. 44. & sequentibus. Nau. lib. 4. consil. 1. editio. tit. de Sponsal. consil. 39. n. 16. in 2. tit. de desponsat. impub. c. 6. 4. nu. 16. Turrecr. c. coniunctiones. 35. q. 3. n. 3. & in summa de Ecclesia. lib. 3. cap. 54. col. 3. n. vnic. & c. 57. nu. 1. conclus. 1. Co. ur. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 9. nu. 4. Barbosa rubrica. ff. solut. matrim. 2. p. n. 104. Magdalenus de numero testium. 3. p. c. 3. nu. 225. & triplici sententi.

5 Tertia sententia (cui tanquam probabiliori adhæreo) ait, posse Pontificem aliquando dispensare in iure naturali, & diuino, non in vniuersum id ius, in quo dispensat, abrogado, sed eius obligationem verè tollendo per veram dispensationem in casu aliquo speciali, ex causa vrgenti. Dicitur, quod si solum tribuamus Pontifici, posse interpretari legem diuinam in aliquo casu speciali minimè obligare: id non est actus iurisdictionis, sed prudentiæ, ac doctriinæ, ac proinde viris doctis id liceret. Dices id cõpetere potestati auctoritatiuè, ita vt omnino tutum, ac certum reddat eum qui cõ dispensat. Quod viris doctis non competit. Sed contra hoc est, quia sic interpretari legem, est solius conditoris, aut eo superioris. c. inter. de sent. ex com. c. idèd. 26. q. 1. c. sicut enim. 11. q. 1. l. fin. ff. de legibus. Quod si dicas, id competere pontifici ex cõmissione diuina. Similiter dicimus hanc dispensandi potestatem in casu speciali cõpetere illi ex cõmissione Dei. Cõ enim Ecclesie non deficit Deus in necessarijs, iusta ratione credi potest hæc cõmissionem pontifici datam. Et confirmatur, quia sicut recta Ecclesie gubernatio, vt

prælati inferioribus commissa sit facultas verè, ac proprie dispensandi in legibus Pontificijs, non in vniuersum, sed in casu aliquo speciali, quado necessitas occurrat. Eo quod non debet de iure medijs necessarijs ad eius tranquillitatem statum, regimen, & tuendam. Nec potest in his cõmodè adiri Pontifex. Ita eadè recta gubernatio petit cõmissum esse Pontifici, vt in lege aliqua diuina verè, & proprie dispensare possit: ob necessitatè occurrentè. Idq; multò magis necessariũ est. Quia in priori casu verè est aditus ad Pontificem, quãuis non cõmodus. At in posteriori nullatenus potest adiri Deus, vt dispenset. Et amplius confirmatur, quia sicut dispensatio inferiori in legibus superioribus, non derogat auctoritati, & iurisdictioni superioris, eò quod ex eius tacita cõmissione fiat. Ita hæc Pontificia dispensatio in iure diuino non derogat auctoritati Dei, vt potest quæ non propria Pontificis auctoritate sit, sed ex tacita, ac inre optimè præsumpta Dei cõmissione fit. Et sicut Ecclesie gubernationi non satis prospiceretur, si in priori casu sola declarandi facultas prælati inferioribus concessa esset. Cũ ea multis scrupulis patet, vt potest cui locus non est in casu dubio, & vbi lex obligat, sed in casu claro, & in quo lex, seclusa ea declaratione, verè non alstringebat. Ita nec in casu posteriori satis vtilitari, & regimini Ecclesie consuleretur, sola declarandi potestate concessa. Tandem, quia eodem modo, & eisdem verbis dispensationis vtens, dispensat Pontifex in residentia Episcoporum iure diuino naturali absoluto obliganti, ac in voto, & legibus humanis. Cur ergo dicendum est, hanc esse veram, ac propriam dispensationem, illam autem solum declarationem? eò: vel maximè, quod causa, ex quibus Pontifex dispensat in ea residentia, sunt iuste, vt media relaxatione illius legis facta per illum, excusent Episcopos. At sepius nullus vir doctus iudicaret eas esse sufficientes, vt seclusa, verè dispensationis exenserent. Et confirmatur, quia si Pontifex declarans licere occasionem aggressoris ad tuendam propriam vitam: aut in extrema necessitate furari, vteretur verbis dispensationis, inopta esset locutio. Quod sit sola declaratio legis naturalis ea interdicentis, nõ ligare in eo casu. Cũ ergo in quibusdã rebus iuris diuini vtatur verbo dispensandi, dicendum est, eam esse verè & proprie dispensationem.

Et ita hanc sententiam tuentur Glossa. c. à nobis, verb. exemptus, de decimis, & ibi Abb. nu. 4. Milis in reportorio, litera. D. num. 23. verb. dispensatio, versic. dispensare potest Papa. Felinus. c. fin. n. 7. & 8. de maior. & obed. Angelus, verb. Papa. n. 1. Gozadinus consil. 51. colum. vlt. nu. 43. Hieronymus Paulus in practica cancellariæ, tit. notabilia super dispensationibus matrimonijs, versic. item potest dispensare. Loazes de matrimonio Regis Angliæ, dubio. 2. in 2. fundamento partis affirmantis. n. 52. Minchac. lib. 1. q. illustriũ. c. 25. l. n. 18. vsq; ad 22. Nau. lib. 4. consil. 1. editio. tit. de Sponsal. consil. 3. n. 8. in 2. tit. qui filij sint legitimi, consil. n. 8. Borgasus de irregul. 6. par. tit. de Sponsal. n. 5. & p. 3. tit. in quibus casibus non potest dispensari. 8. & p. 7. tit. fin. nu. 20. Et posse in iure naturali, & diuino dispensari per Pontificem, non declarando, in vno, vel altero casu, affirmant quoque Berouius. c. super eo. nu. 2. de vltis. Gratus consil. 1. à nu. 29. volum. 1. Sigismundus consilio. 50. 37. & sequentibus. Fortunius. 1. Gallus. §. & quid si tantum, n. 3. 10. ff. de liber. & post. ff. de quoc; sententiam ex Theologis tenet aperte Canus relatione de penitentia. p. 4. vbi de præcepto confessionis, ad finem, vbi reprobanda doctrina assenti, quando dispensatur in voto, non dispensari proprie in iure diuino, & naturali, sed tolli eius fundamentum, quod est voluntas humana, & idèd cadere propriam dispensationem in vota: ait duplici esse præcepta diuina, quedam, quæ nullum salutis detrimentum afferre possunt, vt Confessionis, & Baptismi: & circa hæc non reliquit Christum Ecclesie potestatem dispensandi, quia nõ expediebat. Alia autem, quæ nunquam maius bonum impedire solent, & in spirituali salutis detrimentum vergere. Vt sunt votum, ac instrumentum, & circa hæc ait restitum esse Ecclesie potestatem verè dispensandi in vno, vel in altero casu, quando id ad maius bonum expediret.

6 Sed cùm confluxerit quedam esse præcepta diuina, & naturalia, in quibus nunquam dispensare Pontifici permittitur: & nos adferamus esse aliqua, in quibus quandoq; id licet: forsan petes regulam ad hæc præcepta discernenda: & rationem, cur magis in his, quàm in illis hæc potestas competat. Sed dico similiter eam regulam necessariò tradendam esse, & retenta contraria sententia, Nam similiter non in omnibus iuris

naturalis præceptis data est Pontifici potestas declarandi ea quandoque non obligare, sed in aliquibus. Quare regula, quam tradit Catharinus lib. 6. in Caeteranum, in ea quæ sit. an Pontifex possit dispensare in voto religiosorum solemnium, ad cognoscendum, quædam datum sit Pontifici posse declarare ius diuinum in aliquo casu non obligare: & quando id datum minime sit: resecta sententia, quam ipse tuetur, nempe, nunquam in eo posse dispensare: deseruiet nostræ sententiæ, ad sciendum quando possit verè, ac propriè dispensare. Quæ est hæc. Quædam sunt de iure diuino, quæ absque dubio sunt de se eius conditionis, vt nunquam in ea cadere possit dispensatio aliqua Pontificia. Quod nequeat ex cogitari casus, in quo sit ratio dispensandi: vt ad fornicandum, vel ne filius veneretur parentibus: vel ad mutandas sacramentorum formas. Alia verò sunt, quæ licet in vniuersum expediant, at in aliquo casu speciali possunt non expedire, & ita admitteret dispensationem. Quippe licet secundum se dedecet ea non implere: at non continet perfectam: & omnimodam indecenciam: sed potest iusta causa occurrere, vt ei indecencie imperfectione præpoderet, & sic iusta reddat dispensatio, vt contingit in residua Episcoporum, quæ est de iure naturali, & diuino, in qua Pontifex dispensare potest: & in consecratione sub vtraque specie, quæ est de iure diuino positio, in qua in remotissimis regionibus, vbi non est copia vini, potest iuxta anteriorem sententiam Pontifex dispensare. Quæ etiam regula conformis est ei, quam præcedenti, in fine, proposuimus ex mente Cæsi. Vnde à priori colligetur facultas in Pontifice dispensandi in aliquo iure diuino, ex eo quod tale sit, vt recta ratio, ac suauis Ecclesiæ regimen peccat expedire vt in aliquo euentu eius obligatio relaxetur, ob causas, quæ possunt occurrere. A posteriori autem id colligetur ex vsu Ecclesiæ dispensandi in eo: & ex grauium doctorum sententia opinantium posse Pontificem dispensare in eo. Sed potest obijci, iuxta hanc regulam, licet quandoque Pontifici dispensare, vt quis fororem, aut plures uxores ducat, aut vt matrimonium consummatum dissoluat. Posset enim casus accidere, in quo ad bonum commune, pacemque reipublice tuendam id valde expediret. Sed huius regulæ vt plena sit, addendum est, quod numer. 10. statim in principio dicemus, vbi

declarabimus aliqua esse præcepta huius posterioris generis, in quibus quoque; nunquam potest Pontifex dispensare. Et inde constabit solutio huius obiectionis.

Ad argumenta nu. 4. proposita respondetur. Ad primum & confirm. & secundum constat ex dictis, num. 5. solum enim probant non posse Pontificem in vniuersum præcepta iuris naturalis, & diuini abrogare: vel etiam in casu speciali, propria auctoritate. At potest in eo ex commissione diuina, quam ibi probauimus esse in Ecclesia. Ad tertium & confirm. constat ex dictis, num. præcedenti, vbi ostendimus aliqua esse huiusmodi præcepta in omni euentu obligantia, ac nullam dispensationem admittentia. Quæ sunt regulæ immortales. Alia verò, quæ regulariter obligant, non tamen ita immobiliter, quin in aliquo casu dispensationem admittant. Et cur in quibusdam præceptis id liceat, in quibusdam verò non, ibi reddita est ratio. Adde ipsamet argumentum posse in auctoritate illius sententiæ retorqueri. Cui concedatur posse aliquando Pontificem ius diuinum declarare: & constet id non posse circa omne ius diuinum. Ad vltimum dicimus argumentum tantum probare, non posse in vniuersum dispensari in iure diuino, vt contingit in iure humano. Non tamen probat non posse in aliquo casu speciali. Nec ob id mutatur diuina voluntas. Quia dum Deus ab æterno voluit id præceptum obseruari, voluit pariter id non obseruari, dum Pontifex ritè, & rectè, in casu speciali in posterum dispensare.

Ex his deducitur solutio questionis initio propositæ, an Pontifex possit dispensare in impedimentis, naturali, ac diuino iure matrimonii dirimentibus? Quidam censent posse Pontificem in eis aliquando in casu speciali dispensare. Et potest probari ex doctrina tradita, nu. 5. & 6. Potest enim casus accurrere, in quo expediret ob bonum regni, vt foror fratri haberet, contra iuris naturalis prohibitionem. Sic opinatur Millis in suo repertorio, litera. D. nu. 23. verb. dispensatio, verb. dispensare potest Papa. Hieron. Paul. & Loazes, vbi eos. n. c. allegaui. Angel. verb. matrimonii, impedim. r. 8. nu. 2. Borgabus de irregularitate, p. 6. tit. de Sponsalibus. 5. Idè tuetur Henric. lib. 18. de matric. c. 9. n. 3. & c. 1. nu. 2. vbi ait de iure nature esse irremum matrimonium inter autum & neprem, at posse Pontificem ex magna causa dispensare. Et clarè videntur

sentire

sentire hoc esse probabile Sylu. & Petrus de Soto, vbi eos nu. 10. referant, cum tantum oppositam sententiam probabiliorè vocent.

Alij verò id discrimen constituunt inter impedimeta iuris humani, & diuini, vt in illis possit Pontifex dispensare, quando cum eis id est contractum matrimonium, vt ex tunc, id est, vt id matrimonium legitime in sua radice, ac ea dispensatio trahatur retrò: (vt latius explicabimus dissequenti per totam,) in his verò tantum dispensare possit, vt ex nunc, id est, vt denuò inearat id matrimonium, nec dispensatio retrò trahatur. Sic Ioan. Andric. per venerabilem. n. 30. qui filij sint legit. & ibi Abbas nu. 21. Anchar. nu. 21. Alex. de Neuo n. 24. & 25. Card. n. 9. q. 1. immò hic dicit posse etiam, vt ex tunc. Abb. c. litteras. n. 17. sine, de restit. spoliat. Felin. c. quæ in Ecclesiis. nu. 21. vers. secundò amplia, de constit. Rosella verb. Papa. n. sine, & ibi Sylu. q. vltima. Martinus Laudensis de legitimatione, ar. 2. n. 86. & 96. Brunellus de sponsalibus, conclus. 24. n. 2. Aduert tamen hos Doctores loqui de gradibus lege diuina Moisaica prohibitis. Quos hodie quoque diuina lege prohiberi ipsi censent: vt n. 11. aduertemus.

Verissima tamen sententia est, in nullo impedimeto iure diuino naturali matrimonium dirimentè posse Pontificem dispensare: nec in casu aliquo speciali (excipie votum solemnè religiosorum, de quo est instituta dispensatio. 8.) Dixi, iure diuino naturali, ob ea, quæ nu. sequenti dicam. Ratio huius sententiæ est, qua simul satisficit rationi allegatæ num. 8. pro prima contraria sententia: & regula à nobis nu. 6. tradita ad cognoscendum, in quo iure diuino possit Pontifex dispensare, magis elucidabitur, ac limitabitur. Ratio ergo est. Quia (vt bene animaduertunt Victoria de potestate Papæ, num. 9. propositione. 9. & Corduba in suo questionario lib. 4. q. 8. columnæ antepenultima,) sunt leges diuine in Ecclesia, in quibus Deus nullam relinquit dispensandi potestatem: & adhibent exemplum, vt de pluribus vxoribus ducentis. Et reddunt rationem hanc. Quia quævis Deus rationem posse occurrere casus, in quibus rationi consona, ac expedientior esset dispensatio, at præponderat huic bono inuiolabilis illarum legum custodia, ne, aperta dispensandi via, dispensetur passim in illis. Similiter ergo dicimus in

presenti, quantum occurrere possit casus, in quo dispensatio in impedimento iuris naturalis esset expediens bono communi, ac valde necessaria: vt in matrimonio inito inter fratrem, & fororem. At ex ea dispensandi potestate tot fornicationes inter fratres & sorores cõsurgeret, aut pericula tanti sceleris admittèdi, ac tanta indecencia naturalis est in ijs matrimonijs, vt præpoderent hæc bona, quod sequi posset, ea facultate dispensandi relicta in Ecclesia: qua relicta foret ad plures, quæ par est, dispensationis via aperiretur. Et idè Deus Op. Max. omnino circa hæc potestates dispensandi de negauit: sed tantum facultatè hæc matrimonia in eis cõcessit, vbi lex naturalis consuetudinis generis humani restrictior vrgeret. Vt si soli parètes, & filij superfluites in orbe essent. Hoc autè ita se habere colligitur ex vsu Ecclesiæ, quæ in nullo euentu hæcens dispensauit, vt matrimonium paritèr cõ filijs, aut fratrum cõ fororibus inearat. Et si aliquando in hoc vltimo casu foret legatur dispensatum, id eueniret, quòd Pontifex ille dispensans amplexus sit opinionem Doctorum asserentium solo iure Pontificio dirimi matrimonium inter fratres & sorores: Id quoque colligitur ex cõmuni sententia Doctorum sententia asserenti absolutè non posse Pontificem in his impedimentis dispensare. Hanc tenent Glossæ Pitati, verb. fororis. 30. q. 3. & c. finali, verb. sacramentum, de transactio. & cap. litteras, verb. dispensare, de restit. spoliat. vbi Host. n. 3. Abbas. n. 4. & 12. Imola nu. 6. & c. ex parte. n. 6. de transactio. Speculator tit. de dispensatione. 5. nunc breuiter, nu. 4. Henricus c. per venerabilem. n. 1. qui filij sint legit. Berouius. c. super eo. n. 3. de vxoris. Bartholom. Socinus. l. 2. in principio. n. 4. ff. de verb. obligat. Bermondus de public. cõcubitu. §. statim. n. 13. Astenus. 2. p. summa. lib. 8. tit. 17. ar. vnico. q. 7. Sylu. verb. Papa. q. 17. Tabiena verb. dispensatio. n. 5. q. 4. & verb. impedimentum, impedimeto. 3. n. 4. q. 3. Torrerem. c. conuentiones. n. 3. & c. quædam lex. num. 1. 35. q. 4. Nauar. sum. c. 22. nu. 84. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. n. 10. Molina lib. 3. de primo gen. c. 2. n. 2. vers. si impedimentum pro cedeat. Gaeta. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. q. 134. num. 361. Magdalenus de numero testium. 3. p. c. c. 3. n. 225. Et ex Theologia Paludan. 4. d. 40. q. vnica, art. 3. num. 20. & 25. & 44. d. 41. q. 1. art. 5. conclus. 2. nu. 27. D. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 11. §. 1. statim

Fff in

in principio: & c. 14. §. 2. conclus. 3. Maioris. 4. d. 40. q. 3. paulo ante vers. dubitatur quare. Pelagius de planctu Ecclesie, lib. 1. art. 47. litera. A. & art. 46. litera. B. Abulensis. 1. Regum cap. 8. quaest. 195. Catharinus lib. 6. in Caetanum, in ea quaest. an Papa possit dispensare in voto solemniter religiosorum, ad finem. Victoria summa, vbi de matrim. numer. 295. Petrus de Soto lectione. 11. de matrim. ad finem. Sotus. 4. d. 40. quaest. vnica, art. 3. colum. 3. vers. in capite ergo. Celsia. 4. d. 40. q. vnica, post. 4. argumentum, dubio. 2. Viguer. lib. in institutionum cap. 16. §. 7. vers. 9. impedimento. 6. sine. Veracruz. 1. p. Speculi, art. 46. conclus. vnica. Petrus de Ledesma de matrim. q. 55. art. 6. circa primum statum affinitatis, difficultate. 1. conclus. 1. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 236. nu. 1. Vega 2. tomo summa. c. 34. casu. 166. Atque extimio non tantum sententiam hanc veram esse de propria dispensatione, quae est iuris relaxatio, sed etiam de impropria, quae est declaratio. Credo enim nequire Pontificem declarare, esse aliquem euentum praeter necessitatem conferendi generis humani, in quo liceat cum aliquo ex his impedimentis iuris naturalis inire matrimonium: sed hanc legem voluit Deus inuolabiliter obseruari, ob rationem traditam. Quamuis Sylu. verb. Papa. q. 17. dicat posse Pontificem declarare validum fore matrimonium inter parentes, & filios, iure naturali interdictum, quando causa prohibitionis cessaret.

11 Monuerim tamen valde cauendum à plebis; ex authoribus. n. praecedenti allegatis, qui eum in ea sententia, vt gradus consanguinitatis, & affinitatis Levit. 18. olim iure diuino prohibiti, sint quoque nunc eodem iure vetiti, asserunt in nullo illorum posse Pontificem dispensare. Quod nunc tamen haereticum damnatum est in Trid. ses. 24. de matrim. canone. 3. ibi. *si quis dixerit non posse ecclesiam in nonnullis illorum dispensare: anathema sit.* Quare eum iuxta verisimam sententiam, quam late probauimus lib. praecedenti, disput. 12. n. 6. nullus ex illis gradibus sit hodie iure diuino prohibitus, nisi qui aliis prohibitus est iure nature: id est dicendum est posse hodie Pontificem in omnibus illis gradibus dispensare, praeter eos qui attentio naturae iure matrimonium cassant.

12 Hinc deducitur, iuxta varias sententias varie sentiendum est. Qui enim sentiunt iu-

re naturae esse irritum matrimonium inter quoscumque ascendentes, & descendentes, & inter fratres, & sorores, subinde sentiunt in ijs gradibus non posse Pontificem dispensare. Et qui sentiunt aliquos ex eis gradibus solo iure Pontificis inducos esse, sentiunt subinde eos dispensationi Pontificis subdi. Et similiter sentiunt circa gradus affinitatis, ac reliqua impedimenta. Quippe vt egregie ait Sor. 4. d. 40. q. vni. ar. 3. col. 3. vers. in capite ergo, sunt haec conuertibilia. Hoc impedimentum dirimit iure diuino naturali: ergo nequit in eo Pontifex dispensare, & dirimit solo iure Pontificis: ergo potest. Quare cum iuxta nostram sententiam, ex gradibus consanguinitatis, solus primus in linea ascendenti, nepe, inter parentes & filios: & solus primus in linea transversa, vt inter fratres, & sorores dirimat iure naturae matrimonium (vt constat ex dictis lib. praecedenti, disp. 52. n. 7. 13. & 19. & disp. 52. n. 11.) in ijs duobus gradibus nequit Pontifex dispensare, at in ceteris poterit, & similiter eum iuxta nostram sententiam in nullo affinitatis gradu, etiam linea recta irriteret iure naturae matrimonium, poterit in omni eo Pontifex dispensare (vt diximus lib. praecedenti, tota disp. 66.) Similiter cum error personae dirimat iure naturae, secundum omnes: & impedimentum importet, iuxta nostram sententiam, quam tenuimus lib. praecedenti, tota disp. 98. in neutro impedimento potest Pontifex dispensare. At potest in defectu aetatis ad matrimonium requiritur (vt dixi praecedenti lib. disp. 104. n. 11.) vbi id impedimentum esse de iure Pontificio probauimus. Itaque vt summam dicam, solum nequit iuxta nostram sententiam Pontifex dispensare in errore personae, impotentia, consanguinitate in primo gradu lineae ascendenti, & transversae.

Tandem ex dictis deducitur, non esse sufficientem rationem vt iudicemus non posse Pontificem in aliquo casu dispensare, quod sit contra ius diuinum, & naturale. Quia (vt numer. 5. probauimus) potest in aliquo iure naturali, & diuino dispensare, in aliquo casu speciali. Sed addi debet iuxta regulam, num. 6. traditam, eum casum habere eam naturalem indecentiam, vt nunquam in eo expediat dispensare. At ex eo quod sit contra ea iura, sufficienter deducitur non potest in eo casu ordinarie dispensare:

ne in vniuersum abrogare.

SVMMARIVM.

Solus Pontifex dispensat in impedimentis iure humano dirimentibus. n. 14.

Legatus à latere nequit in eis dispensare, numer. 15.

An possit cum aliquibus personis, in aliquo casu? nu. 16.

Reprobantur dicentes posse Episcopum dispensare in cognatione spiritali ex baptismo non solemniter ortae: & in publica honestate ex sponsalibus: & in cognatione legali? numer. 17.

An in dubio an sit impedimentum, sit necessaria dispensatio, & possit Episcopus? nu. 18.

An possit Episcopus iurare Trid. ses. 24. c. 5. de mari. dispensare vt si, qui bona fide contraxerit matrimonium irritum, iterum in eadem? n. 19.

An possit Episcopus in casu magna necessitatis dispensare in impedimentis dirimentibus: & possit dispensatio pro foro externo: & an tunc possit vicarius: vel possit Episcopus hoc delegare? remissive n. 20.

An possit, quando prius est obtenta dispensatio subrepticia eius impedimentis remissive, numer. 21.

An possit in defectu aetatis: vel in solum impedimentibus: vel Papa in matrimonio rato: vel in consummato tempore infidelitatis? numer. 22.

An commissarius Cruciat a dispenset in affinitate ex copula fornicaria: & quando id possit? nu. 23.

An hac facultas sit amplior concessa Episcopis ad dispensandum in dirimentibus in casu necessitatis: & conferuntur amba potestates? nu. 24.

Qualiter possit commissarius legitimare prole susceptam, ac suscipiendam ex eo matrimonio, in quo dispensat? nu. 25.

An possit legitimare, si non dispenset in eo matrimonio: vel si dispenset, & legitime, maneat legitimata, si postea parentes non confirmet id matrimonium irritum: & quid, si Episcopus, aut alius commissarius dispensasset in eo matrimonio, an possit ipse hanc legitimacionem facere? nu. 26.

Qualiter Episcopus, & commissarius Cruciat a dispensantes in impedimento occulto eis permisso, debeant dispensare sine notario, & testibus? nu. 27.

An aliqui religiosi habeant priuilegium dispensandi in his impedimentis? nu. 28.

Quale priuilegium habeant religiosi Societatis Iesu ad dispensandum cum neophytis Indorum, vt permancant in matrimonio

inito cum impedimento iuris humani? numero. 29.

14 Quæstio posterior. An solius Pontificis sit, dispensare in impedimentis solo iure pontificio dirimentibus matrimonium? sit prima conclusio. Solius Pontificis est hæc dispensatio. Quia omnia illa sunt iure communi iudicata, in quo tanquam in lege superioris nequeunt inferiores ordinarie dispensare. c. inferior. d. 21. clem. ne Romani, de elect. & ita fatentur omnes, quos numer. sequenti allegabo, & ultra illos, Host. c. quod dilectio, paulo post principium, & c. quia circa, paulo post principium, de consangu. Palud. 4. d. 40. q. vni. c. ar. n. 20. & d. 41. q. 2. art. 3. n. 14. conclusi. D. Anton. 3. p. tit. 1. cap. 15. §. 3. ad finem, & c. 14. §. 2. conclus. 3. Armill. verb. dispensatio. nu. 22. Philippus Archinthus in edito de fide, & sacram. p. 2. c. 14. Gallego de cognat. spirit. c. 2. n. 2. Analtasius Germonius de sacrorum immunitatibus, lib. 3. c. 11. n. 105. Paulus Borgasius de irregul. p. 6. tit. de Spona lib. nu. 1. Toledo lib. 7. summa. c. 18. nu. 5. Et loqueres de cognationis spiritualis impedimento id est affirmant Ledesma. 2. p. 4. q. 58. art. 2. colum. 2. Bartholom. Ledesma de matrim. dubio. 44. in fine prima conclusio. Et non posse Episcopum dispensare in his impedimentis affirmant quoque; Angelus, verb. matrimonium. 3. impedimēto. 18. nu. 3. Sylu. verb. matrimonium. 6. q. 6. sine, & alij authores, quos retuli lib. 2. disp. 40. nu. 1.

15 Hinc inferitur, nec legato Pontificis integrum esse in his impedimentis dispensare. Quia legatus etiam à latere circa dispensationes ea potest solum in provincia sibi commissa, quae potest Episcopus in sua diocesi. Atque ita docent Glossa. c. quia circa, verb. à sede, & cap. quod dilectio, verb. indulgentiam, de consangu. Ioan. Andr. eo. c. quod dilectio. n. 6. Anton. n. 8. Abb. n. 5. Cardin. n. vnic. oppositio. 1. Anch. n. 4. Alex. de Neuo. n. 4. Praepos. n. 8. & d. c. quia circa, statim in principio, notab. 1. id est Abb. c. quod translant. n. 9. de offic. legati. Innoc. c. ex parte. n. vnic. de transact. & ibi Immol. num. 6. Brunell. de Sponal. concl. 24. n. 2. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. nu. 11. Antonius Cucus lib. 2. institutionum maior. tit. 5. n. 142. Gaet. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. q. 134. n. 363. & q. 115. num. 3. 13. & 314. & ex theologis, Henriquez lib. 12. de

matrim. c. 3. n. 1. Ludovic. Lop. 2. p. instr. forij, vbi de matrim. c. vlt. tit. de dispensatione petenda, col. 4. Quod verum est, quauis legatus à latere sit. Et docet Abbas. d. c. quod translationem. nu. 9. Imola Alex. de Neuo, Couar. Henriquez, Ludouic. Lopez proximè allegati.

16 Secundo infertur, non audiendum esse Goffredum, quem referunt Doctores statim allegandi dicentem, quauis legatus nequeat generaliter dispensare in aliquo horum impedimentorum, posse tamen cum aliquibus personis. Quem merito improbant Ioan. Andreas, Anton. Cardin. Anchar. Alex. de Neuo, Prapof. n. præcedenti allegati. Quia cum hæc impedimenta promanent à iure superioris Pontificis, legatus, qui inferior est, nec generaliter, nec specialiter dispensare valet. At postea dispensare in speciali casu, quando causa vgeret, nec esset recursus ad Pontificem: & impedimentum est occultum. Sicut in simili casu id posse Episcopum, dicemus. n. 20. Cum eadem potestas circa hæc sit legatis, & Episcopis concessa. Et sic intelligitur, quod de legato in genere loquens tradit Gamba de autoritate legati, lib. 7. tit. de dispensatione legatorum circa matrimonia. n. 397. dicens posse legatum in remotissimis partibus existentem dispensare in casu speciali. Et tenet loquens de legato à latere Henriquez lib. 12. de matrim. c. 3. n. 2. vbi bene addit, dispensationem hanc pro solo conscientie foro deseruire. Sicut idem dicemus n. 20. de simili Episcopi dispensatione. Nam eadem prorsus de Episcopo, & de quocunque Pontificis legato, siue à latere, siue non à latere sit, circa hæc potestatis dicenda sunt. Et eadem conditiones sunt necessarie. Quas eo. nu. 20. remisiuè explicabimus. Et hoc probat ratio num. præcedenti adducta.

17 Tertiò infertur non esse credendum Soto, qui. 4. d. 42. q. 1. ar. 1. immediatè ante solutionem ad. 1. principale, ait posse Episcopum dispensare in impedimento cognationis ortæ ex Baptismo tempore necessitatis non solemniter collato, dum facilis non pateret ad Papam aditus. Et. q. 2. ar. 2. in fine corporis, ait, si cognati legales inueniantur matrimonium contraxisse, & facilis non pateret ad Pontificem recursus, posse Episcopum dispensare. Quem in hoc sequitur Ludou. Lop. 2. p. instr. forij, vbi de matrim. c. 51. fine, & Emmanuel Sa summa, verb. matrimoniu,

vbi de impedimentis dirimentibus. nu. 6. fine. Et idem et Sotus. 4. d. 41. q. vnica, ar. 3. fine, ait, si contra impedimentum publicæ honestatis ex sponsalibus ortum, aliquid contrahant, & expeditissimum non sit ad Papam accessus, posse Episcopum dispensare. Quæ in hoc sequuntur Ludou. Lop. eodem tract. de matrim. c. vltimo, col. antepenul. verb. præterea aduertendum. Emmanuel Sa eodem loco proximè citato. n. 12. fine. Sed hæc minùs vera sunt, cum enim ista hæc omnia impedimenta quæ sunt iure Pontificio inducunt, ac alia, & equè dirimant matrimonium, nullam prorsus discriminis rationem video, cur in alijs impedimentis nequeat Episcopus dispensare, siue ante matrimonium contractum, siue postea in hoc possit. Quare solù hoc admittendum est in casu, quem nu. 20. proponam, sed in eo casu idè dicendum est in alijs impedimentis iure humano dirimentibus.

18 Quarto infertur, non omnino admittendum esse, quod ait Emmanuel Sa sum. verb. dispensatio. n. 1. vbi docet in dubio, an res egeat dispensatione, posse Episcopum iuxta quorundam probabilem opinionem declarare non desiderari dispensationem: vel ad cautelam dispensare. Sed sic distinguendum existimo, si omnino res sit dubia, an interueniat impedimentum, necne, nulla opus est dispensatione. Quia in hoc dubio præsumptio est pro libertate ad contrahendum. Atque possit tunc Episcopus gratia tollendi scandali declarare non esse opus dispensatione, vel ad cautelam dispensare. Sed credo hanc non esse veram dispensationem. Et idè si postea etiam inito matrimonio cõstaret impedimentum dirimens, alia dispensatio Pontificis querenda esset. Quia nulli inuenio posse Episcopum verè dispensare in hoc dubio in impedimentis dirimentibus: sed est quædam prudentialis declaratio, quæ etiã vir doctus possit facere. Quod autè non est omnino res dubia: quia præsumptio virget pro impedimento, est necessaria dispensatio, nec potest Episcopus. Vt si quis cum femina coeat, & dubitet an semè incidit intra vas, quia vel dubitat an seminavit, vel esto feminariè, an intra, extravè, ac proinde cõtraxerit affinitatem cum forore illius, in hoc dubio non poterit fororè illam ex Episcopi dispensatione ducere. Quia cum in hoc dubio præponderet præsumptio ex communiter accidentibus orta, nempe, quando est coitus cum femina intra vas, esse quoque

intra

19 intra seminationem, censendus est ille coeans laborare impedimento dirimenti. Iuxta dicta lib. præcedenti, disput. 64. n. 9. At quando iuxta ibi dicta non esset præsumptio semen incidisse intra vas, vt si copula non esset intra, sed prope vas, tunc non esset in eo dubio necessaria dispensatio. Tandem quando res non esset verè dubia, sed essent opinioniones, quibusdam asserentibus id esse impedimentum, alijs verò negantibus: si opinio negans esset verè probabilis, quauis affirmans esset probabilior, possit ille sequens opinionem probabilem finire id matrimonium absque aliqua dispensatione. Quod iuxta veriore sententiam factis sit in rebus moralibus sequi minùs probabilem sententiam: si tamen verè probabilis sit. Quod si nec sit opinio, nec merè dubium, sed magis propendatur in eam partem, vt sit impedimentum, nullo tamen assensu illius partis habito, nec existente aliqua iuris præsumptione pro impedimento: tunc adhuc censendum est non esse impedimentum, nec exigitur dispensatio: sed standum est pro libertate contrahendi matrimonium. Sicut in simili diximus lib. 1. disp. 9. num. 12. etiam tunc non obligare votum.

20 Ac specialis difficultas potest esse, nù possit Episcopus virtute decreti Tridentini de matrim. c. 5. dispensare cum habentibus impedimentum dirimens, quando bona fide, præmissisq; denunciationibus cõtraxere, vt denuò illud in eam ratio dubitandi est, quia in hoc casu concedit ibi Tridentini posse dispensari, nec explicat à quo, ibi: si verò solemnitate adhibita, impedimentu ali quod subsiste postea cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit: tunc facilis cum eo, & gravis dispensare potest. At in hoc casu permitti Episcopo dispensationem, quauis cõstitutio sit Concilij generalis, diximus disput. præcedenti, nu. 5. Sed absque dubio tenendum est non posse. Quia ex antecesserentibus colligitur totum illud decretum cum Pontifice loqui, proponendo illi expedire, vt nunquã dispense cum ijs, qui mala fide similia iniere matrimonia: scilicet quando bona fide. Adde sic quoq; consuetudine explicatum esse hoc decretum. Quod si petas, cui vsui sit priorilla pars cum nequeat Concilium potestatem Pontificiam restringere? Consultè dicta à nobis lib. 3. disp. 45. nu. 3.

21 Secunda conclusio. Potest Episcopus in casu magne necessitatis dispensare in his im

pedimentis. Quod latissimè contra alios probauit lib. 2. disp. 46. per tota, vbi conditiones ad hoc petitas explicauit, & multipliciter circa hoc: & an Vicarius Episcopi possit in hoc casu, vel alijs quibuscunq; dispense: & an possit Episcopus huiusmodi dispensationes delegare.

22 An verò possit Episcopus dispensare in impedimento dirimenti, quando est obtrusa dispensatio in illo, sed subrepticè illa cõfirmans dixi lib. 2. disp. 8. nu. 32.

23 Verum possit Episcopus dispensare in impedimentis impediens dixi lib. præcedenti, disp. 17. à nu. 10. præter impedimenta votorum, & iuramentorum castitatis, & religionis, & non nubendi, de quibus agemus hoc lib. disput. 9. & triplici sequenti. Et an possit Episcopus dispensare in defectu ætatis ad matrimonium petitas dixi lib. præcedenti, disput. 104. nu. 12. Et an possit Pontifex dispensare in matrimonio rato: vel in consummato inter infideles dixi lib. 2. disput. 14. & triplici sequenti.

24 Tertia conclusio. Commissarius bullæ Cruciatæ potest dispensare pro solo conscientie foro in affinitate cõiurgenti ex copula fornicaria, in primo, vel secundo gradu: atque prolem susceptam, & suscipiendam legitimam decernere, concurrentibus quatuor conditionibus. Prima est, vt matrimonium cum illo impedimento sit iam contractum, & seruataque sit forma Tridentini scilicet. 24. de matrimo. cap. 1. Secunda est, vt id impedimentum sit occultum. Quando autem dicatur occultum, dicemus latè disputat. 34. à numer. 55. Tertia est, vt adfuerit bona fides saltem ex parte alterius contrahentis, qui tempore contractus matrimonij id impedimentum ignorabat. Vltima est, vt coniux qui ignorauit impedimentum, certior fiat de prioris consensu nullitate, quauis in nõ declaratur causa nullitatis, vt euitentur scandala. Atque primus ille gradus, in quo potest dispensare, intelligitur, siue sit in linea transversa, siue in recta. Quia concessio ei facta (vt constat ex renore bullæ Cruciatæ latinæ) est absque distinctione. Et verique gradus est solo iure Pontificio inductus. Vt dixi lib. præcedenti, disputat. 66. numer. 3. & ita tenet Manuel addit. ad bullam Cruc. §. 13. numer. 16. Intelligitur autem prima conditio, quando prius matrimonium fuit contractum, non tantum seruata forma substan-

tial matrimonij, nempe, vt id contractum sit coram parcho, & testibus: sed etiam premissis denunciationibus. Si enim illa omissa culpabiliter essent, nequiret commissarius dispensare. Quod constat ex ijs, quae diximus lib. 2. disp. 40. n. 4. vbi hoc latius exposui.

24. Hinc deducitur facultatem hanc commissarij ad dispensandum, esse quodammodo ampliozem ea, quae conceditur Episcopo ratione vrgentis necessitatis: de qua n. 20. diximus: & quodammodo strictiore. Est enim amplior quo ad hoc, quia Episcopus nequit dispensare, quoties est recursum ad Pontificem, imò ad habentem ab eo dispensandi facultatem (vt probaui lib. 2. disp. 40. n. 3.) At commissarius potest, licet Pontifex esset praesens. Quia haec limitatio in eius concessione non adhibetur. Est autem strictior quoad hoc, quod commissarius in solo impedimento affinitatis ex copula fornicaria potest dispensare: & nunquam ante matrimonium initum: & coniuge altero certiori facto de prioris nullitate consensus. At Episcopus potest in omnibus impedimentis iure Pontificio dirimentibus, & aliquando ante initum matrimonium (vt late probauimus lib. 2. tota disp. 40.) Nec est vsquequaque certum de considerari alterum coniugem certiore fieri de prioris matrimonij nullitate, vt de hac re late disputaui lib. 2. tota disput. 36.

25. Insuper est amplior potestas commissarij. Quia illi conceditur facultas legitimandi prolem ex eo matrimonio irrito susceptam. Et ita potest eam legitimare pro foro conscientiae solo quoad omnes ordines, & beneficia quouis. Quia absolute conceditur ei potestas legitimandi, vt docet Henriquez lib. 7. de indulgentijs, cap. 13. num. 5. sine. Cui tamen non assentio, in quantum ait prolem hanc succedere posse in bona temporalia. Quia haec dispensatio non est in radice matrimonij (vt constabit ex dicendis disput. sequenti, numer. 23.) At quando dispensatio non est in matrimonij radice, non trahitur ad bona temporalia (vt ibidem dicemus.) At Episcopus tantum potest eum illegitimo dispensare ad ordines minores, & ad quaedam beneficia simplicia cap. 1. de filijs presbyt. in 6. Sed est strictior, quia hic potest cum quocunque illegitimo dispensare, vt constat ex eod. cap. 1. ille vero cum habito ex solo matrimonio irrito propter impedimentum affinitatis fornicariae.

Dixi autem hanc prolem sic legitimatam non succedere in bona temporalia, virtute illius legitimacionis factae a commissario: de qua loquitur Henriquez, nam bene in alio nomine succederet: nempe, quia est verè legitima. Nam habita est ex matrimonio, & quamuis irritò, adfuit bona fides in altero parente. Nam in hoc solo casu conceditur commissario facultas dispensandi (vt numer. 23. diximus.) Vnde in hoc casu erit proles legitima quoad vtrumque forum, & in omnibus cap. ex tenore, qui filij sint legit. Quare commissarius nil aliud efficit, quam declarare prolem susceptam esse legitimam, ratione bonae fidei ac suscipiendam, quia oritur à ex vero matrimonio. At potest hoc priuilegium in eo euentu operari, si postquam vterque contrahens nouit impedimentum, concepta, & nata sit proles, ante matrimonij dispensationem: tunc proles est illegitima, & nata in figura illius matrimonij irriti: & hanc potest verè legitimare commissarius pro foro conscientiae solo. Quia iam impletur conditio petita: eò quod verè initum sit matrimonium cum bona alterius fide. Quippe: ea adert tempore contractus. At haec legitimatio erit tantum quoad res spirituales (vt dixi.) Alia verò de effectu huius legitimacionis in solo conscientiae foro, dicemus disp. 34. à num. 45.

26. Sed dubitabis, an casu quo proles fuit verè illegitima: quia habita iam concepta mala fide in vtroque parente consensio nullitatis illius matrimonij, possit à commissario legitimari iuxta facultatem eam illi concessam, non dispensando tamen vt validè inaeatur matrimonium: quia vel iam alter parens obiit, vel nolunt de nouo inire? Et videtur posse. Quia distinctae sunt facultates dispensandi in matrimonio, ac legitimandae prolis. Nec haec legitimatio à subsequenti matrimonio pendet, cum virtute illius legitimari nequeat, vt potè quae spuria est. Sed existimo nequaquam posse, nisi dispenseret quoque in matrimonio: imò licet dispenseret in matrimonio, ac legitimaret prolem, credo eam legitimacionem pendere à matrimonio postea ineundo: ac proinde vim non habituram, nisi postea de nouo inaeatur. Quia Pontifex eam gratiam concessit, accessorie legitime contractus nuptijs inter prolis illius parentes, in ipsius matrimonij fauorem. Non ergo poterit non dispensando in matrimonio: vel dispensando, si id

matri-

matrimonium postea non subsequatur. At si Episcopus dispenseret in eo matrimonio, casu quo potest, iuxta dicta, numer. 20. vel alio commissarius Cruciatæ, nec eam prolem legitimasset, credo posse subsequenter potestatem commissarij vti haec potestate prolis legitimandae, subsequenter inter illos parentes vero matrimonio. Quia cum sit diuersa potestas à dispensatione in matrimonij impedimento, potest per diuersos exerceri, dum modo id matrimonium inaeatur, in cuius fauorem ea concessio facta est.

27. Cum autem potestas haec dispensandi tam Episcopo, quam commissario concessa, sit pro solo conscientiae foro, neutra est facienda publice, cum notario, & testibus, nec explicari debent nomina eorum cum quibus dispensatur, ne impedimentum fiat publicum: sed tacitis eorum nominibus debent expediri litterae, vt expediuntur litterae in sacra penitentiaria pro conscientiae foro concessae. Vel abque literis debet intimari dispensatio confessario, vel partibus ea indigentibus. Et ita de commissarij dispensatione loquentes docent Corduba in quaestionario, lib. 7. quæst. 43. dubio. 6. puncto. 1. 2. & 4. Manuel in bulla cruc. §. 13. n. 6.

28. Tandem duo monuerim. Prius est, aliquos asserere mendicantes habere priuilegium à Leone. X. concessum, ad dispensandum cum ijs, qui scienter, aut ignoranter

contraxere matrimonium cum impedimento affinitatis, modo id notatum non sit, nec in iudicio deducatur. Sic affirmat Roffensis in libello de causa matrimonij Regis Angliae, in principio, & Venetiarum. 249. Speculi, art. 27. triplici pagina ante finem, vers. & hoc confirmatur expressè. Sed bene Manuel, 3. tom. q. regul. q. 2. art. 2. dicit id priuilegium nullatenus esse in usu: & se credere pro vno: solummodo fuisse concessum, & Henriquez lib. 7. de matrim. cap. 3. numer. 3. dicit hoc priuilegium non aliud concessisse, quam posse mendicantes dispensare cum incestuosis cum consanguineis coniugis, vt possint petere debitum: ac eo matrimonio dissoluto, ad aliud transire: non tamen cum affini, vel aliud impedimentum habentibus.

29. Posterius est, religiosos Societatis Iesu habere priuilegium à Pauli III. concessum, vt dispensare possint cum infidelibus ad fidem conuersis, qui in locis remotissimis existunt, & infidelitatis tempore iniere matrimonium in gradibus solo iure humano prohibitis, vt in eo permanere valeant. Sed hoc priuilegium ad maiorè abudantiam est (vt bene docet Henriquez lib. 12. de matrim. cap. 3. numer. 49.) Nam iuxta cap. gaudemus, de diuorcijs, nulla dispensatio necessaria est. Quia matrimonium tempore infidelitatis inrum contra solas leges Pontificias validum est.

DISPUTATIO SEPTIMA.

An Pontifex possit dispensare in radice matrimonij irritè contracti, efficiendo dispensationem retrorahi, ac proinde legitimando prolem antea habitam, quoad spiritualia, & temporalia?

SUMMARIUM.

AN Pontifex possit directè legitimare quoad temporalia? nu. 1.
Quae quaestiones disputanda sint, nu. 2.
An Pontifex dispensando in radice matrimonij irriti, possit prolem ex eo natam legitimare etiam quoad temporalia? Refertur opinio, nu. 3.
Proponitur sententia Authoris, nu. 4.
An possit Pontifex absq; causa facere dispensationem hanc? nu. 5.
Quid, si parentes iam obierint, & cedat in terram damnus? nu. 6.

Quid, si proles habita fuit absq; matrimonio etiam irritò? nu. 7.
Quid, si id matrimonium fuerat irritum ob impedimentum iuris naturalis, ac diuini? numer. 8.
Quid, si proles sit genita ex professo, vel in sacris constitutus? nu. 9.
Quid, si matrimonium fuit irritum de defectu consensu? nu. 10.
An Princeps secularis possit legitimare quoad Ecclesiastica prolem ex matrimonio irritò habitam? nu. 11.
An dispensatio Superueniens confirmet pra-

Ff 4 senta-